 gloriam dei non propter gloriam propriam. Est ergo absti-
 nentia secundo modo accepta virtus et virtus spiritualis: quod
 ubi reperitur spiritualis ratio quae passio abstrahit a bo-
 no rationis: ibi necessarium est esse spiritalem virtutem: dele-
 ctationes autem ciborum nate sunt hominem a bono
 rationis abstrahere: tamen propter eorum magnitudi-
 nem: tamen etiam propter ciborum necessitatem quibus quod in di-
 get ad vite sustentationem quam maxime deside-
 rat: et ideo ponitur virtus spiritualis et pars ipsius temperantiae.

Ceterum principalis actus ipsius abstinentiae est ieiunium.
 Dicit enim Hieronimus. quod ieiunium est peccatorum
 victus abstinentiaque ciborum: et hoc actus pro ratione or-
 dinatur est virtuosus: quod principaliter assumitur ad
 tria. Primum ad concupiscentiam carnis edomandas:
 dicit enim Hieronimus. Sine sicera et bacho friget
 venus. id est pro abstinentia cibi et potus tepescit lu-
 xuria. Secundo ad hoc quod mens verberetur eleuetur ad
 sublimia contemplanda: dicit enim Basil. x. quod post
 ieiunium trium hebdomadarum revelationem ac-
 cepit a deo. Tertio ad satisfaciendum pro pec-
 cati: unde Jobel. ij. Convertimini ad me in to-
 to corde vestro in ieiunio. Hinc autem virtuti absti-
 nentiae opponitur vitium gula: dicitur quod supra tactum est.

De ieiunio

Secundo quod potest de sobrietate quod est proprie circa potum: ut scilicet sit virtus aliqua spiritualis: preterquam cum sicut in his quod pertinet ad nutritionem potus a cibo distinguitur: sic etiam diuersa genera ciborum distinguuntur sicut et diuersa genera potuum. Si ergo sobrietas est virtus spiritualis videtur quod circa quolibet differetiam cibi vel potus sit quedam spiritualis virtus quod est inconueniens. Ad hoc respondet Thoma ubi supra. q. clix. q. ubi reperitur impedimentum spirituale rationis: ibi necessarium est esse spirituales virtutes ad illud remouendum: sed potus inebriatus spiritualis habet rationem impediendi rationis versus in quantum sua fumositatem perturbat cerebrum: et ideo ad hoc impedimentum rationis remouendum requiritur virtus spiritualis quod est sobrietas: quod virtus magis requiritur in aliquibus duplici ratione. Primo quod in eis est maior pronitas ad concupiscentias: quod oportet refrenare per virtutem et ad vitia quod per virtutem tolluntur: et sic maxime requiritur in iuuenibus in quibus viget concupiscentia delectabilis propter feruorem etatis: hinc dicitur ad Titum. ij. Iuuenes similiter hortare ut sobrii sint. Et in mulieribus in quibus non est sufficiens robur mentis: ad hoc quod resistat concupiscentiis: de quibus. j. ad Timotheum. iij. Mulieres sicut pudicas et sobrias: unde secundum Valerium maximum mulieres apud romanos antiquis vinum non bibebant. Secundo quod in eis est magna necessaria sobrietas ad propria ipsorum operationem: quod vinum in moderate superfluum impedit rationis usum: et ideo in senibus in quibus ratio vigere debet: ut in episcopis seu alijs quibuslibet ecclesie ministris: quod mente deuota spiritualibus officijs insistere debet: et etiam regibus alijsque iudicibus quod per sapientiam populum subditum regere: gubernare et iudicare debet: spiritualiter sobrietas indicitur: ut patet ad Titum. ij. Senes ut sobrii sint. Et iterum. j. ad Timotheum. iij. Oportet episcopum irreprehensibilem esse vnius uxoris virum: sobrium: prudentem. Item de regibus. Prover. xxxj. Noli regibus dare vinum: quod nullum secretum est ubi regnat ebrietas: ne forte bibant et obliuiscant iudicium iustorum: et mutant causam filiorum pauperum. Et huic opponitur vitium ebrietatis de quo supra tactum est. Tertio quod potest de castitate: ut scilicet sit aliqua virtus preterquam cum virtus sit habitus voluntarius: ut dicitur in. ij. ethicorum. sed castitas non videtur esse aliquod voluntarium: cum per violentiam auferri posse videatur: ut patet in mulieribus violenter oppressis: et hoc ideo: quod castitas potius ad corpus quam ad animam pertinere videtur: quod utique violentari potest. Dicitur enim a castigando iuxta illud: Castigo corpus meum etc. Ad hoc respondet Thoma ubi supra. q. clj. q.

nomine castitatis sumitur ex hoc quod per rationem concupiscentia castigatur quod refrenanda est ad modum pueri: ut patet per philosophum in. iij. ethicorum. in hoc autem ratio virtutis humane consistit: quod aliquid modificatum sit secundum rationem: et ideo manifestum est castitatem esse virtutem. Que igitur materia habet in corpore tamen in anima consistit sicut in subiecto: quod ad eam pertinet ut secundum iudicium rationis et electionem voluntatis quod moderate utatur membris precipue venereis. Hinc ut dicit Augustinus. j. de ciuitate dei. proposito animam permanente per quod etiam corpus sanctificari meruit: nec ipsi corpori sanctitatem auferret violentia libidinis aliene quam seruat pseuerantia continentie sue: hec ille. Ad maiorem autem euidentiam sciendum: quod nomen castitatis dupliciter accipi potest. Uno modo proprie: et sic est quedam spiritualis virtus materiam habens spiritalem: scilicet concupiscentias delectabilem quod sunt in venereis: et est distincta ab abstinencia que est circa delectationes ciborum: magisque necessaria ad seruandum rationis bonum: quod venere delectationes sunt vehementiores et rationem magis opprimentes: et ideo magis indigent castigacione: quod si consentit eis ex hoc vis concupiscentie magis incrementum et virtus mentis deicitur. Unde Augustinus in. j. soliloquiorum. Nihil inquit est sentio quod magis ex arce deiciat animam virilem quam blandimenta femine corporum: ille contactus sine quo vxor haberi non potest. Alio modo nomen castitatis accipitur metaphorice. Sicut enim in corporum commixtione consistit venereorum delectatio: circa quam proprie est castitas et luxuria vitium eidem oppositum: sic etiam in quedam spirituali commixtione mentis ad res aliquas delectatio consistit: circa quam est spiritualis castitas quodam metaphorice dicta: vel etiam spiritualis fornicatio similiter metaphorice dicta. Nam si mens hominis delectatur in spirituali coniunctione ad id cui coniungi debet scilicet ad deum: et abstinet se ne delectabiliter alijs coniungatur contra debitum ordinis diuini: dicitur castitas spiritualis: secundum illud. ij. Cor. v. Respōdit vos vni viro virginem castam exhibere christo. Si vero delectabiliter habet debitum ordinis diuini mens coniungitur quibuslibet alijs rebus dicitur fornicatio spiritualis: secundum illud Hieronimo. iij. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis. Et hoc modo castitas accipitur ut virtus generalis: quod per quolibet virtutem mens humana retrahitur ne rebus illicitis delectabiliter coniungatur. Specialiter tamen ratio castitatis homini consistit in virtutibus theologis: quibus mens hominis deo coniungitur. Quarto quod potest de virginitate quod

Castitas

Castitas virtus sit virtus

9

est nobilior portio ipsi castitatis: quia consistit formaliter in perpetuo proposito abstinendi a carnali delectatione: quae consistit in seminis resolutione: et materialiter consistit in immunitate a delectatione quae consistit in hominis seminis resolutione: ut scilicet talis virginitas sit virtus: praesertim cum nulla virtus nobis inest a natura ut dicit philosophus in ij. ethicorum. Sed virginitas nobis inest a natura: quia quilibet mortuus natus homo censetur: cum tamen in laude sanctorum innocenti canit ecclesia. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati virginibus enim sunt. Ad hoc respondet Thomas ubi supra. q. clj. quod formale et completivum virginitatis est propositum abstinendi perpetuo a delectatione venerea. Ad propositum laudabile redditur ex fine in quantum scilicet fit ad vacandum rebus divinis. Materiale autem est integritas carnis ab omni experimento venere delectationis. Hoc igitur quod est immunis servare ab experimento venere voluptatis quaedam habet excellentiam laudis supra hoc quod est servare se immunis ab inordinacione venere voluptatis: et ideo virginitas est virtus quaedam specialis. Porro infantes licet ex sua natiuitate id quod est materiale in virginitate habeant: scilicet integritatem carnis ab experimento venereorum immunis: non tamen habent id quod est formale scilicet propositum servandi talem integritatem propter deum. Unde Augustinus in li. de virginitate. Nec nos in virginibus predicamus quod virginibus sunt: sed quod deo dicantur pia continentia virginibus. Quanto quod potest: utrum ipsa virginitas sit potissima virtutum: praesertim cum dicat Cyprianus libro de virginitate. Flos est ille ecclesiastici gregis decus atque ornamentum gratie spiritualis illustrior portio gregis christi. Et Apocalypsis. xliij. de eis dicitur quod sequuntur agnum quemcumque legerit: et quod cantant canticum novum quod nemo alius cantare poterit. Ad hoc respondet Thomas ibidem: quod aliquid potest dici potissimum dupliciter. Uno modo in aliquo genere: et sic est virginitas potissima in genere castitatis: quia transcendit castitatem vidualem et conjugalem: et ideo attribuitur ei fructus centesimus: propter excellentiam quam habet ad viduitatem cui sexagesimus: et ad matrimonium cui tricesimus fructus attribuitur. Hinc apostolus. i. Cor. vij. Virginitatem praesulit tamquam melius bonum: tamen quia bonum divinum potius est bono humano: tamen quia bonum anime praefertur bono corporis: tamen etiam quia bonum contemplative vite praefertur bono active. Virginitas autem quae praefertur ordinatur: tam ad bonum divinum quam ad bonum anime et vite contemplative: quia virgo cogitat quae dei sunt quod placeat deo: alioquin non redderet accepta

deo. Verum licet virgo simpliciter melior sit: potest tamen conjugatus esse melior: secundum quid: si scilicet animam habet magis paratam ad virginis servandam si oporteret: quam ille qui est actu virgo: vel si conjugatus habet aliquam aliam excellentiorem virtutem. Alio modo potest dici aliquid potissimum simpliciter: et sic virginitas non est potissimum virtutum: sed virtutes theologice: et etiam virtutes religionis quae actus est ipsa occupatio circa res divinas virginitati praeseruntur. Unde Augustinus in li. de virginitate. Nemo quantumputo ausus fuit virginitatem praesferre monasterio. Sicut etiam vehementer operantur ad hoc quod deo inhereant ipsi martyres qui propter hoc continent propriam vitam. Et etiam in monasteriis virgines qui postponunt propriam voluntatem et omnia quae habent: quam virgines qui ad hoc postponunt venereas voluptates. Et ideo licet virginibus sequuntur agnum quemcumque legerit: imitantes tamen integritatem carnis quam mentis: non tamen oportet quod magis de propinquo sequantur: quia quaedam aliae virtutes faciunt deo propinquo inherere per imitationem mentis. Denique canticum quod sole cantant est gaudium quod de integritate carnis servata recipiunt. Sexto quod potest de pudicitia quae est quarta virtus subiectiva temperantiae ut scilicet est virtus a castitate distincta: praesertim cum dicat Augustinus in li. de perseverantia: quod praedicanda est pudicitia ut ab eo qui habet aures audire di nihil genitalibus membris illicitum perpetret sed ut tactus ea est usus genitalium pertinet ad materiam castitatis et sic non videtur esse distincta virtus. Ad hoc respondet Thomas ubi supra. q. clj. quod pudicitiae nomen a pudore sumitur: in quo verecundia significatur. Hinc pudicitia proprie circa illa consistit de quibus homines magis verecundantur. id est de venereis actibus: ut dicit Augustinus. xij. de civi. instantium quod etiam concubitus conjugalis qui nuptiarum honestate decoratur: verecundia non careat: et hoc ideo: quia motus membrorum genitalium non subditur impio rationis: sicut motus aliorum membrorum. Nec solum verecundatur de venerea commixtione sed etiam de quibuscumque signis eius ut dicit philosophus in ij. rhetorice. Et ideo pudicitia specialiter attenditur circa venerea: et proprie circa signa venereorum: sicut sunt aspectus impudicus: amplexus libidinosi: tactus: oscula et similia. Et ideo pudicitia quae magis respicit hominis signa exteriora: ordinatur ad castitatem: quae magis respicit ipsam veneream commixtionem: non quasi virtus ab ea distincta: sed etiam exprimitur quaedam castitas circumstantia: licet interdum unum pro alio ponatur. Unde sicut castitas in anima consistit ut in subiecto: quibus

quarta
pro pudicitia
virtus

Pudicitia in se virtus

materia habeat in corpe: sic etiam magis pudicitia consistit in anima ut in subiecto: quous se ofidat in signis exterioribus veneris co- bibedis. Dicit enim Aug. in Julianum li. iij. Pudicitia res est animi virginitas corporis. Denique illa integra in anima permanet: potest ista de corpe sibi violenter auferri: et cum ista manet integra corpi potest illa in anima lasciva voluntate corrumpi: hec ille. Ad laudem dei.

Sequitur sermones de quarto precepto.

De honore et diversitate pentium in generali: ac de triplici subiectione pentium quod ad corpus: Sermo I

Honora patrem

tuum et matrem tuam ut sis longeuus super terram. Exo. xx. Hoc est quartum preceptum in ordine: licet primum sit secunde tabule. In quo

secundum Augustinum implicat omnis actus beneficentie proximi impeditur: siue ex debito naturali obligationis sic honor quod debetur parentibus: siue ex debito charitatis sicut alij actus pietatis quod ex charitate proximis impeditur. Pro quo sciendum secundum Alex. de hales. in. liij. parte de. xxiiij. Honor est pretestatio preminencie in aliquo exhibitione illi quod honoratur. Cum igitur honor dicatur respectu preminencie in illo quod honoratur: potest hic presens dici quod sunt honore digni: et quod diuersis respectibus preminencias aliquas habent. Duplex est igitur preminencia. Prima est preminencia increata quod est principij creatur: sapientie gubernationis: et bonitatis seruatis. et ipsa summe trinitatis: et hec preminencia in infinitum excedit quamlibet preminencia creature. Et inde est quod primum honor et principius debetur patri celesti cui prouenit infinitus honor quod est honor patrie: quod quod pretestatur deum sicut suum aditorem: de quo preter dicitur Mat. vi. Patet enim quod et Mat. xxiiij. Preter nolite uobis vocare super terram: unum enim patrum uesterum quod in celis est. Secunda uero est preminencia creata: quod scilicet ex triplici participatione ex preminencia increata originem habet: inuenit illud apostoli Ephe. iij. Inuius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri iesu christi: ex quo omnis prinitas in celo. et in terra. non. Habet igitur creata preminencia primo originem ex participatione increati principij et hoc tripliciter. Primo quantum ad esse naturale sicut patet carnalis: nam ut dicitur glo. Ephe. vi. Sicut deus principius est hominibus: sic pater secundario:

ratione cuius preminencie patet carnalis est honorandus. Hinc Hieronimus de honore pentium dicit: Honorandi sunt pentes: quod primo sunt nobis causa nascendi. Et Eccl. viij. Honora preter tuum et gemit matris tue ne obliuiscaris: memento quoniam et. Et sic patet quod maximum bonum ab eis recepimus. scilicet ipsum esse quod est fundamentum omnis nature gratie et glorie. Secundo homo quantum ad bene esse spirituale: sicut quilibet patet spiritualis per quem renascimur in spiritu. Pro quo sciendum quod multi sunt preses spirituales. Primo omnes sancti patriarche: prophete et preses. unde Job. viij. Si filij Abrae estis opera Abrae facite. Similiter et apostoli et alij sancti noui testamenti: quod etiam nos uerbo uel saltim exemplo spiritualiter genuerunt: unde apostolus. i. Cor. iij. In christo iesu per eum gellum ego uos genui. Secundo papa episcopi sacerdotes prochiales et filii: quod nos regenerant aqua et spiritu sancto in baptismo uel etiam in confirmatione: ut patet de. xvj. c. j. et c. sexta synodus. Tertio omnes patrini quod leuant puerum in baptismo uel tenent in confirmatione dicuntur patres: quod iuuant ad regenerationem spiritualem: unde patrum dicitur quasi pater a patribus minus: et de his late dictum est supra. Quarto omnes sacerdotes precipue predicatores uel confessores spirituales patres dicuntur: et honore paterno sunt honorandi. i. Timo. v. Qui bene presunt presbyteri duplici honore digni habentur: maxime qui laborant in uerbo et doctrina. Admirum cum et sacerdotes in scriptura sacra propter singulari reuerentiam aliquando dii: aliquando angeli nuncupantur: ut late patet. xi. q. j. c. sacerdotibus autem Tertio denique quantum ad bene esse temporale: sicut quod libet pater temporalis: ut rex: princeps: potestas: ac omnes temporale regimine gerentes per communem bono reipublice secundum diuersos gradus. unde. i. Pet. ij. Deum timete regem honorificate. Et ad Roma. xij. Omnis anima potatibus sublimioribus subdita sit: non enim est potestas nisi a deo. Et iterum. i. Pet. ij. Subiecti estote omni humane creature propter deum: siue regi quasi precellenti: siue ducibus tanquam ab eo missis ad uindictam malefactorum: laudem uero bonorum: quia sic est uoluntas dei: hoc ubi. Secundo creata preminencia originem habet ex participatione increate sapientie: ratione cuius honorandus est omnis doctor siue magister in quocumque facultate uel scia licita et honesta in quantum talis: unde quilibet homo dicitur pater doctrinalis: de quo glo. super illud ueni. xix. Honora personam senis. scilicet etate uel sapientia: omnis enim sapientia a domino deo est: ut dicitur Eccl. j. Ex quo patet quod

proa spu

et pueri

D

p d d 20

4

C

Preeminencia duplex.

et pueri creata preeminencia

primo honorandus est senex: quia ut dicitur
 Job. xij. In antiquis est sapientia: et in multo tempore
 prudentia: nam in eis experientia maior et dis-
 cretior est. Hinc dicitur Deuter. xxxij. Interro-
 ga patrem et matrem tuam et dicent tibi: et talis di-
 cif pater antiquus: id quo dicitur Leui. xix. Co-
 ram cano capite surge et honora personam
 senis. Secundo honorandus est omnis sapiens pro-
 pter participationem increate sapientie: vnde Eccli.
 xxxvij. Sapiens in populo hereditabit hono-
 rem et nomen illius erit viuens in eternum.
 Et item c. xxxviii. Honora medicum pro ne-
 cessitate: etenim illum creauit altissimus: a deo
 enim est omnis medicina. Et infra. Dedit homini
 scientiam altissimus honorari in mirabilibus
 suis. Propter hanc enim sapientiam honorem sus-
 cepit Daniel: de quo scriptum est eiusdem. xiiij.
 Erat autem Daniel conuiuia regis et honoratus
 super omnes amicos eius. Quia ut dicitur Eccli. v.
 Honor et gloria in sermone sensati: lingua ve-
 ro imprudentis subuersio est illi. Et item ibi-
 dem. x. Seruo sensato liberi seruiet et insci-
 us non honorabitur. Tertio creata personi-
 nentia trahit originem ex participatione diuine
 bonitatis: ratione cuius honorandus est omnis ius-
 tus et sanctus qui dicitur pater virtualis. Hanc
 finem Alex. de hal. ubi supra ratione participati-
 onis diuine bonitatis omnes sunt honorandi
 tam boni quam mali. Pro quo sciendum quod du-
 plex est participatio diuine bonitatis. Una secundum
 actum sicut est in bonis: et sic quilibet bonus
 debemus nobis meliorem estimare: iuxta illud
 apostoli Iudic. ij. In humilitate superiores sibi in-
 uicem arbitrantes: et presertim cum sint alicuius
 singularis bonitatis: sicut inferuntur ibidem
 persequuntur. Necessarium estimant epaphroditum
 fratrem meum et cooperatorem et comilitonem mit-
 tere ad vos: et infra. Excipite itaque illum cum
 omni gaudio: et eiusmodi cum honore habi-
 tote: quoniam propter opus christi usque ad mortem
 accessit: tradens animam suam: ut impleret illud
 quod ex vobis deerat erga obsequium meum.
 Secunda verum est secundum potentiam: quae scilicet etiam personae
 mali possunt esse vel fieri meliores quam nos
 sumus: ratione cuius possibilitatis et diuine pre-
 destinationis ad maiorem perfectionem etiam illi
 qui mali sunt honorantur. Hinc dicitur Roma. viij.
 Honore inuicem prouidentes. Ex quibus omnibus
 concluditur: septuplices esse patres scilicet cele-
 stialis: corporalis: spiritualis: temporalis: doctrina-
 lis: antiqualis et virtualis. Et de omnibus
 intelligi potest illud Eph. vj. Filii obedite pa-
 rentibus vestris in domino: hoc enim iustum est
 Honora patrem tuum et matrem tuam: ubi dicitur

glo. honorare patrem et matrem est reueren-
 tiam exhibere et ministrare. Quod licet de om-
 nibus intelligatur: tamen illud spiritualiter exponit
 Alex. de hal. ubi supra de patre carnali et
 spirituali. Et primo de patre carnali dicit: quod quilibet
 uis filius accipiat tamen esse corporale a patre:
 efficitur tamen ex hoc obligatus in duplici debi-
 to: quod corporale illud quod accipit est de corpore
 patris sumptum et transfusum anime virtute et opa-
 tione hinc filius debitor efficitur honoris
 patris: tum ratione paterni corporis: tum etiam
 ratione anime: eo quod anima et corpus concurrunt in pa-
 tre ut sit principium filii: ratione ergo paterni
 corporis est pro parte debitor sustentationis: et ratio-
 ne anime debitor reuerentiae: nam anima non indi-
 get sustentatione nec corpus est reuerendum. Se-
 cundo vero de patre spirituali per quem spiritualiter
 regeneramur in christo: cui similiter exhibere
 re tenemur tam honorem reuerentiae quam susten-
 tationis vite. Quod ad primum dicit dominus
 Luc. x. Qui vos audit me audit: et qui vos
 spernit me spernit: qui autem me spernit:
 spernit eum qui me misit. Et quod verus honor
 reuerentiae relucet in exhibitioe obedientie:
 merito dicitur Deuter. xij. Patres carnis nostri ha-
 buimus eruditores et reuerentiamur eos:
 nonne multo magis obtinabimus patri spiri-
 rituum et uiuemus: glo. Reuereri est cum timore
 re parentibus honorem impendere obedire et
 subuenire: multo magis patri spirituum est
 obtinendum: ut sic vitam corporum et spirituum
 feliciter possideamus. Sequitur. Et illi quidem
 in tempore paucorum dierum. Iuuentute secundum vo-
 luntatem suam erudiebant nos: hi autem ad id
 quod iam est utile: in recipiendo sanctificati-
 onem. Quatum autem ad secundum dicit apostolus
 ad Gal. vj. Communicet autem is qui cathetizat
 verbo: ei qui se cathetizat in omnibus bonis. Hanc
 mirum cum ut dictum est: presbyteri qui bene presunt
 sunt duplici honore digni sunt: maxime qui la-
 borant in verbo et doctrina. Ideo namque filii
 spirituales ad hunc honorem obligantur quod etiam
 in tempore extreme necessitatis: cum aliter cor-
 porales spirituales prouidere non possent: lauda-
 biliter se periculo vite exponerent: ut tales pa-
 tres per subuentionem preseruarerent: sicut fecit vi-
 dua sareptena qui pauit Melchiam ut latius pate-
 bit inferius. Unde generaliter plus obli-
 gamur honorem exhibere tamen sustentationis
 quam reuerentiae patri corporali et spirituali post pa-
 trem celestem: quam omnibus alijs patribus. Cuius ratio
 est: quod unus est principium generationis:
 alter regenerationis: et ideo debet eis reue-
 rentia maior: et etiam sustentatio dum indiget:

Apud patrem spiritualem

quod quilibet res naturaliter diligit et seruat /
 onem et salutem sui principij. Ad maiorem autem
 evidentiam sciendum quod quicquid filij tenent suis
 patribus omnibus generaliter: sed predictis duobus
 specialiter in septem ostendere vicissitudinem gra-
 titudinis: quorum prima tria pertinent ad sustenta-
 tionem corporalem: puta patebit in primo sermo-
 ne: quartus autem ultimus ad reuerentiam pertinent
 spiritualiter ut patebit in sermone sequenti. Primo
 namque debet parentes alere et eis subuenire in
 necessitate: infirmitate et senio. Cuius ratio est
 quod receperunt a parentibus nutrimentum: et preser-
 tim a matre in quo non sunt equaliter parentibus
 ministrare. Nam de propria carne et propria substantia
 filios nutrierunt: filij vero parentes nutriunt de
 substantia aliena. Hinc dicit Ambrosius. Si pau-
 ris matrem non reddidisti et cruciat quos pro te
 passa est: non obsequia quibus te gestavit: non
 alimenta que tibi tribuit: non pietatis affectus
 immulces labijs verba: non famem quam
 pro te ipsa toleravit ne quicquam tibi noxium
 esset: ne quicquid lactis noceret hauriret: tibi
 illa ieiunavit: tibi manducavit: tibi cibum
 quem voluit non recepit: tibi quem noluit cibum
 assumpsit: tibi vigilavit: tibi fleuit: et sic il-
 lam egere patieris: illi debes quod habes: cui
 debes quod es. An cum scriptum sit Proverbia.
 xxviii. Qui subtrahit aliquid a patre suo et ma-
 tre: et dicitur non est peccatum: pater est homicida
 Satis ex hoc claret quod quod parentibus in necessi-
 tatibus non subuenit mortaliter peccat: nec mi-
 nus quam qui eos iniurijs molestat. Precipue
 tamen parentes subuenire debent a filiis in infirmi-
 tate et senio: ac maxime tempore pestis cum a cete-
 ris deserunt. Alioquin audiatur filij illud. i.
 ad Timotheum. v. Si quis autem suorum et maxime dome-
 sticorum curam non habet: fidem negavit: et est infide-
 li deterior. Minus cum ingratitude nulla
 maior: nulla nequior: nec ultione divina di-
 gnior: quam puerorum filiorum qui post tot paren-
 tum suscepta beneficia: post tot divina precepta
 pro denique tamen strictissima scripture nature
 gratie et vincula: necessitatibus parentum non succur-
 runt. Cum enim humana natura in principio et
 in fine. id est in infantia et senectute debilis est ac
 multis indiget: quod parentes filijs exhibue-
 runt in puerili etate: sed filij parentibus red-
 dere debent in senili etate: exemplo ciconie
 que secundum Ambrosium in hexamerone omne. v. parentes
 senes in nido nutrit: ac proprijs penis nuda-
 tos tegmine alax suax dulciter fouet. Verum
 tamen qualiter obligantur filij parentibus subueni-
 re: lucidius patebit in sequentibus sermoni-
 bus. Secundo vero debent filij parentibus

corporali seruitio subuenire in cunctis neces-
 sarijs et oportunis: iuxta illud Ecclesiasticum. iij. Qui
 timet dominum honorat parentes: et quasi dominus ser-
 uiet his qui se genuerunt in opere et sermone
 et in omni patientia. Notate verba signa-
 te mysteria. Dicit enim quod qui timet dominum ho-
 norat parentes: honore seruitioque corporali
 et hoc quasi serui empticij dominis suis in omni solli-
 citudine: hanc enim seruituram emerunt multis
 laboribus seruitijs et sollicitudinibus erga fi-
 lios: et ideo filij discant mutuam reddere vicis-
 situdinem parentibus. Hoc enim acceptum est coram
 deo: ut dicitur. i. Timotheo. v. An persequitur ibidem
 Ecclesiasticum. iij. Honora preem tuum. scilicet humiliter serui-
 endo ut supueniat tibi benedictio a deo et be-
 nedictio illius in nouissimo manet. hoc ibi.
 An seruitium illud da triplex exhiberi. Primum
 ope in omni obsequio sibi non solum necessario:
 sed etiam opportuno et comodo. Dicit enim
 Hieronymus de honore parentum. Exolve fili quod
 debes et officia debita quicquid exhibe fa-
 mulatu: quod parentibus nemo reddere potest quod
 eis debet. Et iterum. Foueat parentum senectus
 et factis eorum vicissitudo reddat ut videant
 liberi vestri quod faciunt: vicem vobis silez red-
 dituri. Hic dicitur Ecclesiasticum. iij. Qui honorat preem
 suum iocundabitur in filiis. Secundo dicitur illud ser-
 uitiu etiam ostendere sermone. Ad omnia. scilicet inter-
 rogata respondere parentibus humiliter: eis lo-
 qui dulciter et affari reuerenter: promptum
 animu in omnibus obsequijs verbis ostende-
 re. Sicut fecit Samuel domino quando respondit.
 i. Regum. iij. Loquere domine quod audit seruus tuus.
 Et Paulus actuum. ix. Domine quod me vis facere.
 Sic Tobias iunior audies mandata patris
 statim reddit (eiusdem. v.) Omnia quicquid prece-
 pisti mihi pre faciam. Tertio debet etiam gesti-
 bus et signis ostendere: quod eadem perficit toto
 corde: et hoc per tranquillam patientiam: ut. scilicet in
 multis seruitijs parentibus impensis impa-
 tencia non frangat: nec eorum reprehensionibus
 impropertijs: iniurijs: et disciplinis turbet
 nec dedignetur: sed contra turbatos parentes
 sibi reconciliare studeat humiliter patientia: in
 verbo et signo: nam responsio mollis frangit
 iram: attestante Salomone qui ait Proverbia.
 xxv. Patientia lenietur princeps: et lingua
 mollis frangit duriciam. Tertio pater debet
 debet filij parentes suos in omnibus pro posse solari:
 sicut eosdem hortatur sapienter. Ecclesiasticum. iij. dicens
 Fili suscipe senectam patris tui et ne tristetur
 illu in vita illi: si defecerit sensu veniam da:
 et ne spernas eu in virtute tua: elemosyna enim
 patris non erit in oblivione. Nam pro peccato matris

solarij.

restituere tibi bonum: et in iusticia edificabitur tibi: sed in die tribulationis commemorabis tui: et sicut in sereno glacies soluentur petra tua. In quibus verbis sapiens plurima precepta filijs indicit. Primum est fili suscipe. scilicet cum affectu et effectu senectatis patris tui non solum in reuerentiam et custodiam: sed etiam ad conuendendum et sustentandum. Huius est gratia. Tob. v. Vocat mater filium suum baculum senectutis et lumen oculorum suorum: quia in senectute debet filij parentibus in omnibus esse subsidius refugium et solatiu. Et Tob. x. dixit cum fletu mater tobie. Ne me fili mi: ut quid te misimus peregrinari lumen oculorum nostrorum. baculum senectutis nostre: solatiu vite nostre: spem potestatis nostre: omnia simul in te vno habentes: te non debuimus dimittere ire a nobis. Secundum est ne contristes eum. scilicet factis: verbis: signis. Et Hieronimus ubi. s. Nemo patrem asperis verbis ledat: affectum sonet quicquid lingue dixerint filiorum. Tertium est si defecerit sensus. id est si verbo facto vel signo ostendat aliqua non recta: iniuriosa: ridiculosa: puerilia: veniam da non improperium: non ignominiam: indignationem aut vindictam. Quartum est ne spernas eum: scilicet sensibus exterioribus deficientibus: cecum: surdum oculum stillantem: naribus fluidum: fetidum: scabiosum in virtute tua. id est in viuacitate tam sensuum quam membrorum. Quintum est elemosyna patris id est patri uiuenti data vel pro patre mortuo oblata: non erit in oblivione coram deo. Nam et pro peccato matris oblata elemosyna restituere tibi bonum scilicet meritorium in vitam eternam: et in iusticia edificabitur tibi: quia potissime reuocat operantem ad viam iusticie in presentia: sed et in die tribulationis. id est mortis commemorabis tui. scilicet deus: et sicut in sereno. id est claritate solis glacies soluentur peccata tua. Beati namque misericordes: quam ipsorum miserebitur deus. Ad laudem dei.

De quatuor pertinentibus ad reuerentiam parentum spiritualium ac de infelicitate filiorum malorum felicitateque bonorum: Sermo II

Honora patrem et matrem.

h. tr. 12. Exo. xx. Huius in sermone precedenti de septemplex differentia parentum: ac de tribus pertinentibus ad sustentationem corporalem quibus obligamur

subuenire parentibus. Jam persequendum est de quatuor pertinentibus ad reuerentiam spirituales in quibus eisdem sicut obligamur et de infelicitate filiorum malorum felicitateque bonorum. Primum igitur pertinentens ad reuerentiam parentum spirituales est: quod filij parentibus reuerentiam euidenter signis. scilicet assurgendo: inclinando et sicut ostendendo: exemplo christi. Job. viij. Ego inquit honorifico premeum. Nec solum patrem eternalem sed etiam putatum: unde Luce. ij. Erat subditus illis: ubi dicit Ambrosius. Filius dei honorauit Ioseph: non ex debito sed pietatis officio. Nam quantum obligati sunt filij ad honorem parentibus exhibendum: satis patet Deuter. xxvij. ubi statim post maledictionem eorum qui deum in idolis dehonoraunt: subiungitur eorum maledictio qui parentes non honoraunt. Dicit enim ibidem. Maledictus homo qui facit scilicet conflatile abhominacionem domini: et subdit. Maledictus qui non honorat patrem et matrem: et dicit omnes populi amen. Secundum vero est propria obedientia quam perfecte representat paternam et maternam reuerentiam: quam precipit apostolus ad Eph. vj. dicens. Filij obedite parentibus vestris in domino: hoc enim iustum est. Exemplo christi qui Job. xv. ait. Ego precepta patris mei seruauit. Et Phil. ij. dicit apostolus. Humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem: mortem autem crucis. In quibus tam men filij parentibus obedire tenentur et in quibus non: videbitur in sequentibus. Tertium proinde est amor qui parentibus exhibendus: et hoc ex debito: quia recipiunt a parentibus esse et educationem: unde Hieronimus de honore parentum dicit ad filium. Sit tibi gratia vita ipsorum: quibus charior vita tua est quam propria: redde amoris vicem etc. vbi secundum Alex. de hal. Amor patris in filium totus est gratuitus quia filij sunt a parentibus: et intenditur amor ille per naturam sensualitatis. Hinc de amore filiorum non est datum preceptum: quia natura sufficienter ad hunc inclinatur: sicut datum est de amore parentum: ad quem non sic inclinatur natura. Cuius similitudinem ponit Chrysostomus de arbore dicens. Humor ascendit de radice ad ramos: sed de ramis ad radicem non flectitur: sic naturalis amor a parentibus ascendit ad filios et non reuertitur: propterea ad amorem parentum inclinare debet ratio excitata per considerationem debiti et precepti: eo quod amor filiorum intenditur per viam rationis et non sensualitatis. Hic tamen amor sic est moderatus quod amor dei semper est proponendus: alioquin dicit dominus Luce. ix. Si quis venit ad me

et non odit premissa. et matrem: sorores et filios
 et fratres: adhuc autem et animam suam non potest me esse
 discipulus. Quartum denique est timor filialis
 quo timebunt offendere parentes facto verbo
 signo. Hic est timor est quaedam votiva filiorum sub
 iectio: obedientia non coacta: et vltro impu-
 sa reuerentia. Ad quem timorem filijs ingeren-
 dum parentes obseruabunt solliciti: ne ex in-
 ordinato affectu dissoluta letitia cum illis
 pueris: sed gravitate discreta et exempla-
 ri vita sint sepe ante illos: doctrinis erudi-
 do: ac disciplinis a malis compelescendo: iuxta
 illud Ecclesiastici. vij. Filij tibi sunt: erudi illos:
 et curua illos a puericia illorum: filie tibi sunt
 serua corpus illarum et non ondas hilaritate facie
 tuam ad illas: hec ibi. Unde ex nimia letitia
 pentium et leuitate: filij fieri solent insolentes
 et amittere reuerentiam et timorem erga paren-
 tes: Postquam autem in eos ceruicem erexerint: ex
 correctioe plerumque deteriores fiunt: et ideo
 sepe in iuuetute curuandi sunt sub disciplina
 parentum. Quia iuxta doctrinam sapientis.
 Qui percutit virge odit filium: et qui diligit filium
 assiduatur illi flagella. v. q. v. Non osculatur
 semper pater filium: sed aliquando castigat: quod quia castiga-
 tur qui diligit tunc circa eum pietas exercetur.
 Et item. xxij. q. v. c. Non putes amare tunc
 seruum tuum quia eum non cedis: aut filium tuum quia
 non das disciplinam: aut tunc amare vicinum tu-
 um quia non corrigis eum: non est ista charitas
 sed languor: ferueat charitas ad emendan-
 dum et corrigendum: si sunt boni mores dele-
 rent: si autem sunt mali emendent. Sed ut dicit
 Ecclesiastici. xj. In filiis suis cognoscit vir: quia
 frequenter ex culpa parentum multiplicantur
 filij impij: sicut e contra ex doctrina pentium
 succrescunt filij timorati. Ad cuius eviden-
 tiam notandum primo: quod quattuor cause possunt
 assignari cur filij multorum efficiuntur malio-
 si: pueri: rebelles parentibus et crudeles.
 Prima causa est mala cura parentum: quia non cu-
 rant instruere docere vel corrigere filios su-
 os delinquentes: sed relinquunt illos volun-
 tati sue: cum tamen scriptum sit. Proverbia. xxix.
 Puer qui dimittit voluntati sue confundet
 matrem suam. Mirum cum ex tali impia liber-
 tate pueri sequuntur inordinatas in peccatis
 voluptates: quotidianaque degenerantes: tan-
 dem fiunt ebriosi: pueri: blasphemii: adulteri
 sodomite: homicide: glutones: iusores:
 medaces: fures: latrones: parentum contemptores
 per secutores: et verificet illud psalmi. Filij
 merces fructus ventris: sed est: filij merces sunt
 pentium: quia tales sunt quales parentes recipere

meruerunt: sicut sunt fructus ventris eorum. Et
 item. Alienati sunt. s. a deo peccatores. i. filij a
 vulua errauerunt ab utero: quia cum puenerint
 ad annum. xiiij. vel. xvj. dimittunt eis paren-
 tes habenas proprie voluntates: sicut Melchior qui
 permisit filios suos transgredi mandata dei.
 propter quod vindictam multiplicem recepit: ut
 psalmi. Regum. iij. Non enim eos compellunt frequen-
 tare ecclesias: audire divina et sermones facere
 confessiones: vitare trufas et licitis occupa-
 ri: sed potius sinunt frequentare theatra cho-
 reas: ludos et silia: cum tamen dicit Proverbia. xiiij.
 Qui percutit virge odit filium suum: qui autem dili-
 git illum instanter erudit. Secunda causa est mala
 vita pentium: licet enim parentes aliqui boni filios
 enutrire studeant: tamen quia ipse vitia peccatrice
 ducunt: aut eos adulterina vel etiam maritali
 inordinata attentione denuerint seu plus quam
 deum dilexerunt: et eis amplius sepe quam deo ad-
 heserunt: aut propter filios lucris impijs vel
 iniustis seruiuerunt: propter quod propria salute
 contemserunt: ideo iusto dei iudicio: tales filij
 plerumque traduntur in reprobum sensum: pleni
 iniquitate: dolo: lasciuia: contumacia et similibus:
 ut merito parentes dicere cogantur: illud Esai.
 xlvi. Ego feci et ego seruaui. Ac propter multi-
 plicationem talium filiorum: tandem diuine vltimis
 iudicio terra percussit. In cuius argumentum
 lvi. di. dicitur. c. Si gens anglorum sic per istas pro-
 uincias diuulgatum est et nobis in francia et italia
 impropere: et ab ipsis paganis in imprope-
 rium nobis obijcit: sprete legalibus conu-
 bijs adulterando et luxuriando ad instar so-
 domitice gentis fedam vitam duxerit: de tali
 commixtione meretricum estimandum est degeneres
 prolos et ignobiles et furces libidine fore pro-
 creandos: et ad extremum vniuersam plebem
 ad deteriora et ignobiliora vergentem: et no-
 uissime nec bello seculari forte nec in fide
 stabilem nec honorabilem hominum: nec deo ama-
 bilem esse venturam: sicut alij gentibus hispanie et p-
 uicie et burgundiorum populis contigit qui sic a deo
 recedentes fornicate sunt: donec iudex talium
 criminum vltimas penas per ingratiam legum dei
 id est per saracenos permisit venire et sentire. Hec
 Bonifacius papa et martyr regi anglorum. Li-
 cet ei istam humanam naturam peccatis est corrupta quod
 omnes degenerant ab instituta natura: maxime tamen cum
 tanta detestanda libidine precreantur: tales enim filii
 sunt viperarum: de quibus dicunt philosophi naturales: quod
 generatio filiorum interemptio est pentium. Ita
 enim Ipsi. Masculus dum coit: ore inserto in os
 vipere semine expuit: illa vero ex voluptate libi-
 dinis in rabiem versa: caput maris percussit:

20^{ca}

c. Sigco
gloze.

hispayc

Abian

quod filij efficiuntur mali erga pa-
 rentes

et cum venter vixit intumuerit filij partu non
 expectantes maturum: corrosis lateribus cum in
 teritu matris vi erupunt: et sic vterque parens
 perit: masculus dum coit: femina dum parit. Et
 bis assumulatur multi filij qui venenum parentum
 imbibunt: et suis parentibus occasio mortis
 spiritualis existunt. Ad quod dicitur Luce. iij. Semi-
 mina viperarum quod vobis ostendit fugere a ve-
 tura ira. Tertia causa est in pentibus digna ven-
 dicta. Nam iudicio digne ultionis plecti de-
 bet qui patris suis parentibus rebelles extite-
 runt: ut sic qui pentibus non obediunt a filiis con-
 nascuntur et qui pentes expulsi a filiis expelluntur: qui
 parentum mortem optant a filiis mors eius affe-
 ctus: qui autem iniuriis et contumeliis parentes
 offendit a filiis offendatur: et qui percussit percuti-
 atur. Quia divina lege sanctitum est. Luce. vij.
 Eadem mensura quam mensi fueritis remetiet vo-
 bis. Et quis patris talis filius. Nam fabulose
 dicitur quod cancer interrogat cur sic retrosum
 ibat. Respondit quod sic a parente didicerat. Miri-
 rum cum ex obliqua riga subsequitur linea tor-
 tuosa: tales enim ut eorum vita non transeat si-
 ne vindicta: vel filios non accurrunt vel cito
 pereunt: vel si viuunt in iudicium parentum vi-
 uere permittunt. Aut enim sunt filij monstruosi:
 infirmi: stulti: imorigerati: scelestes: demen-
 tes: parentibus rebelles: infelices: ut im-
 pleatur illud Esa. iij. Ex iniuria enim omnes filij qui
 nascuntur testes sunt nequie aduersus paren-
 tes in interrogatioe sua. et Eccli. xlij. De pre-
 impio corrumpunt filij: quoniam propter illum sunt in ob-
 probrium. Sunt etiam filij iusto dei iudicio sce-
 lerati: ut exinde pentes sint angustiati: ali-
 qui vero propter odibilem mortem filiorum: aliqui
 etiam propter crudeliter vitam illorum. Quantum enim
 ad primum accidit in cathalonia apud valen-
 tiam de quodam iuvene anno fere. xvij. qui
 domino iudicio pentibus inobediens: factus est la-
 tro et criminiosus: qui tandem captus patibulo
 suspensus est: qui pedente cum esset imberbis mi-
 rantibus cunctis: paulatim emittit barbam:
 mutat faciem: canescunt capilli: et omnia reducuntur
 ad decrepita senectutem: quasi. xc. fuisset
 annorum. Currunt ad miraculum episcopus clerus et
 populus: stupet omnes et expectat eis reuela-
 ri secretum. Surgens tandem edoctus episcopus et ma-
 nu silentium indicens ait: Viri fratres et filij: no-
 stis hunc quod culpa vita et etate perijt: respicite
 nunc etate decrepita: ut intelligatis per parentes
 dei iudicium: quod huic diu victuro prop-
 ter sua crimina et pentum inobedientiam abbrevia-
 ta est vita: ut verificetur illud. ps. Viri sangui-
 num et dolosi non dimidiabunt dies suos.

Quantum etiam ad secundum accidit in insula que
 dicitur chorica: ubi contra filij crudeles sunt paren-
 tibus suis: quod cum quidam patrem suum expulisset
 de domo: ac multis frequenter iniuriis offe-
 disse: tandem semel per capillos et barbam pu-
 gnis et calcibus per longum viam spatium per terram
 traxit. Cui cum filius illius postea filia face-
 ret et eisdem contumeliis pater tractus ad locum
 puenisset: ubi patris patrem suum traxerat: intel-
 ligens iustum dei iudicium: cum lachrymis ait
 filio. Non plus filii non plus: quod hucusque traxi
 patrem meum: et tu fecisti vindictam eius. Quar-
 ta proinde causa est inordinata filiorum concupi-
 scentia que triplex distinguitur in canonica iob.
 scilicet concupiscentia carnis oculorum et superbia
 vite. Quantum enim ad primum: plures filij amo-
 re carnali capti rebelles sunt parentibus: ad-
 herentes meretricibus: aut per appetitum libi-
 dinis fedis nubibus: sicut fecit Esau qui ma-
 trimonio duxit uxores pentibus suis exor-
 sas: ut patet Gen. xxvij. Mirum cum amor fe-
 dus applicat alicui corda filiorum a paren-
 tibus segregat: adeo quod etiam uxore propria in-
 ordinate dilecta: moleste fert mariti onus
 suorum pentum: et inde oriuntur inter nurum et so-
 crum discordie: iniurie: rixae: et filia: videlicet
 nurus quod ei fauet maritum: audaciter: insolentius
 et crudelius socrum persequitur. Quantum
 etiam ad secundum: augmentantur in filiis in super-
 bia nutritis vel suis superioribus et nobilioribus
 copulatis: pentum iniurie: contumelle: in-
 obediencie: adeo quod suos pentes non solum de-
 spicere non verentur: sed etiam de eis verecundari
 comprobantur tamquam de ignobilibus pauperibus et
 rusticis. In quorum gemituum pentum perso-
 na dicitur Esa. j. Filios enutriui et exaltaui: ipsi
 autem spreuerunt me. Et de hoc habet exemplum
 multum notabile in li. Apoc. et ponitur inferius
 sermone secundo: quod scilicet contigit in normanie
 partibus. Quantum denique ad tertium: despectioes
 pentum adhuc magis augmentantur ex male-
 dicta filiorum auaricia: que crescente etate et
 non obistente virtute semper crescit: totumque
 nequitie sue virtus effundit a filiis in paren-
 tes. Si substantia domus in manus talium
 venerit: ve miseris genitoribus suis quibus
 filij denegant etiam vite necessaria continue paren-
 tes molestant et mortem optant. Hinc sapiens
 consulit. Eccli. xxxij. Filio et mulieri fratri et
 amico non des potestatem super te in vita tua.
 et non dederis alij possessionem tuam: ne forte
 peniteat te: et depreceris pro illis. Sequi-
 tur. Melius est enim ut filij tui te rogent:
 quam te respicere in manus filiorum tuorum.

Quia patres non dimittunt filios a se
 huius in se videri

in filios
 obediens.

non post
 re amice
 te.

¶ dicitur benedictio...
quarto

Sermo III

Sic Absalon p̄rem suum de regno expul-
lit: et eū vsq; ad mortē p̄secut⁹ ē. ij. Reg. xv.
Ecōtra vero filij boni obediētes penti-
bus suis multiplici felicitate dotant⁹: pro-
ut exp̄sse claret in b̄dictione isaac: quā de-
dit filio suo Jacob iusto: et suis parētibus
p̄ oīa subiecto: vñ septēplīcē dedit benedi-
ctionē: vt p̄z Gen. xxvij. vbi dicit. Det tibi
de⁹ de roze celi et de pinguedine terre abū-
dantiā frumētī vini et olei: seruiāt tibi ppli et
adorant te trib⁹: esto dñs fratru tuorū et in-
curuent ante te filij matris tue: q̄ maledi-
xerit tibi sit ille maledict⁹: et q̄ benedixerit
tibi benedictioib⁹ repleat⁹. In quib⁹ ver-
bis septē felicitates vel benedictōes p̄ or-
dinē cōprehendūf. Prima ē abūdantie gra-
tiarū q̄ intelligit̄ in roze celi: de q̄ benedicti-
one d̄r Eccī. iij. Honora patrē tuū vt super-
ueniat tibi benedictio a deo. s. gr̄e: et bene-
dictio illi⁹ in nouissimo maneat. Secūda ē
abundantie t̄paliū que itelligit̄ in pingue-
dine terre: frumētī: vini et olei: nā fm do-
ctores p̄ frumentū cibū: p̄ vinū potū: et per
oleū pulmentū significat⁹: et sic cōprehēdit
oēm terre fertilitatē p̄ quaz hoīes diuites
fiunt: vnde Eccī. iij. Benedictio patr̄ fir-
mat dom⁹ filioz: et hoc iuste: vt merito ho-
noratiōis illi⁹ a quo q̄s trahit eē: mercedē
habeat ad bene esse tā corpali-ter q̄ spūali-
ter. Et itēz ibidem. Sicut qui thesaurizat
ita et qui honorificat matrē: qd̄ intelligi p̄t
de diuitijs t̄pali-ter corpali-ter et spūali-ter.
Tertia est gr̄e subiectiōis sue familie: que
intelligit̄ in hoc qd̄ addit. Seruiāt tibi po-
puli et maxime filioz et filiarū Eccī. iij. Qui
honorificat patrē locū dabitur in filijs.
Quarta ē honorificatiōis oīm: p̄sertim viri
tuosoz vnde subdit. Adorēt te trib⁹. i. vir-
tuosi a trib⁹ virtutib⁹ theologics dicti: et
h̄ p̄pter honorificā ei⁹ famā quā ex honori-
ficatiōe parentū acq̄rit. Prouer. xij. Meli-
us ē nomē bonū q̄ diuitie multe: et datur
illi nomē hoc q̄st p̄ p̄mio ī hoc seculo. Eccī
iij. Glia hoīs ex honore p̄ris sui. Quinta
ē exaltatiōis et reuerentie inter fr̄es suos:
vnde d̄r. Esto. i. eris domin⁹ fratru tuorū:
et incuruent ante te filij matris tue: h̄ patu-
it in Ioseph. Gen. xlv. Sexta ē vindicte in
imicoz: vnde d̄r. Qui maledixerit tibi scz
effectū affatu vel affectu: sit ille maledict⁹
vt impedire nō possit p̄sperā et lōgeuā vi-
tā: qz d̄r Eccī. iij. Qui honorat patrē suum
vitā vīnet lōgiore. Lōgruū ē enī fm Alex.
de bal. q̄ p̄curatio p̄seruationis vite prin-

cipij mereat p̄seruationē sui. Septima est
vicarie benedictiōis fautoz: vnde subne-
ctif. Et qui benedixerit tibi benedictiōib⁹
repleatur: nā benedictio singularis est be-
ne sentire de rectis: hoc enī rectitudinis si-
gnū p̄fert: qz sicut recto ligno non coheret
nisi rectū lignū: sic aīe recte nisi mēs recta
cōcordare nō pōt: et hec vtriusq; vicaria be-
nedictio ē eterne beatitudinis: de qua vi-
des intelligendū illud. j. Timo. iij. Pie-
tas aut̄ ad aīa vtilis ē: et maxie q̄ erga pa-
rentes exercef. Sequit̄ p̄missionē habēs
vite ei⁹ q̄ nūc ē et future. Ad laudē dei.

De honoratione parentū q̄ cō-
sistit in reuerentia obediētia et be-
nificētia: ratiōe generatiōis istru-
ctionis et educatiōis: Sermo III

Honora patrē tuū

h et matrē tuā et c. Exo. xx. Alio vt
cunq; de honoratione pentuz in
generalī. Iā breui stilo p̄currendū ē magz
in sp̄ali: qualiter eisdē ē exhibēda reueren-
tia: obediētia et beneficētia: rōne genera-
tionis instructiōis et educatiōis. Ad cu-
ius euidentia primo q̄ri pōt: quot modis
p̄ceptū istud intelligit̄: p̄sertim cū pater et
mater plurib⁹ modis accipiunt. Iā p̄mo
de⁹ dicit̄ pater creatōe: diabol⁹ criminis
imitatione ep̄i et p̄lati aucte: senes antiq̄-
tate: sacerdotes sacroz collatiōe: nutriti⁹
cura: et sic de alijs. Ad h̄ r̄idet Asten. li. j.
ti. xxiiij. q̄ istō p̄ceptū pōt itelligi triplici-
ter. Primo fm q̄ d̄r a lege nature: et sic in-
telligit̄ pat̄ carnalē: qz natura nō nouit nisi
patrē carnalē q̄ ē principiū in esse nature.
Et nota q̄ appellatio p̄ris et m̄ris extendi-
tur ad oēs ascēdētes in recta linea: sicut in
nomie filij ad oēs descēdētes: s̄ nō ad trās-
uersales. Secūdo h̄o fm q̄ ē legis scripte
a deo inspirate: et sic intelligit̄ pater spūa-
lis: qz lex scripta reputat patrē: nō tm̄ illū
q̄ est p̄ncipiū in eē nature: s̄ etiā illū q̄ ē p̄n-
cipiū p̄ ministerium in esse gr̄e: fm illud. j.
Cor. ij. In christo iesu p̄ euāgelii ego vos
genui. Tertio deniq; fm q̄ accipit̄ p̄ alle-
goriā improprie: et sic deus dicit̄ pater: cui
dicim⁹. Pater noster qui es in celis: vnde
sup̄ illud Deuf. v. Honora patrē et matrē.
dicit̄ qdā glo. i. deū et eccliam. Scdo q̄ri
pōt cū dñs voluit dare filijs p̄ceptū de pa-
rentib⁹ cur tam insufficienter expressit: qz
n̄ iij

de p̄re
de p̄re
de p̄re

parētib⁹ nō solū debet honor et reuerentia
 s̄ etiā sustentata quā tñ de⁹ p̄mittit. Ad
 B̄r̄ndet doctor sanct⁹ sc̄da 2. q. cxij. q̄ pa
 rētib⁹ in quātū hmōi debet eis reuerentia
